Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 439.

Cod: CLXXXVIII.

Chartac: 4. Saec: 15. 2 3.1.

1.

P. de Pilicdorf

Petri ex Ord: Coe-leſtinorum, in-quiſitoris Pro-ceſſus contra Waldenſes in Auſtria.

1a-62a

f. 3r

Petri ex Ord: Coeleſtinorum, inquiſitoris hæreticæ pravitatis, proceſſus contra Wal-denſes in Auſtria. Præmittitur rubrica: "Proceſſus domini Petri de ordine Celeſti-norum Inquiſitoris hereticorum." Cum mihi non conſtet ejusmodi proceſſum typis eſſe impreſſum, notatu digniora excerpam. Ag-men in codice noſtro ducunt interrogatio-nes, quarum prima eſt: "Ubi es natus / Quis pater tuus / Que mater tua." Hac excipit tri-plex forma juramenti, nempe de dicenda veritate in officio inquiſitionis; juramenti expurgationis, et forma juramenti abjura-tionis Secte Waldenſium, cujus poſtremi hic ſpecimen exhibeo:

" Jch N peicht bechenn und gib mich ſchuldig / dem allmêchtigot und ewangot. Das ich mich laider ſwērlich ver-irret hab von meinen chriſtengelauben beſunder damit Das ich lauttern layen mein Sünd gebeicht hab // puezz von Jn emphan-gen hab. und gelaubt hab Das Si mich von meinen Sünden entlediget habent und in vil andern ſtuchnen gelaubt hab dy da ſein wider den heiligen offenbaren römi-ſchen chriſtengelauben Das iſt mir getrew-lichen layd von gantzen mein hertzen und ſůch genad und parmhertzichait und pit mit gantzer begyer Das Jr mich wider emphahet zu der ainigung der hei-ligen offenbaren chirchen. Hic proceda-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 440.

sturad juramentum.

f. 3r–4r Damit so swer ich ainn ayd got dem al-
mechtigen unserm heiligen vater dem pabst/
der heiligen römischen offenbaren Kirchen/
unserm herren dem Bischoff von passaw
und ew an seiner stat vor disen gegenbür-
tigen gezeugen und vor disem offenbarm
Schreiber das ich fürbas in allen meinen le-
ben nymer chömen will zü den Waldenser
chetzern die sich nennen dy chünden we-
der zü den maistern noch jungem gelau-
ber und gelauberinn frawn und man
jung oder alt / arm und reich mit peicht
predig ler gunst herberg / beschüttung
und wil sew auch nicht zu mir lassen die
weil si also beleiben wellen und wil sew
ächten offenbar und melden meinem phar-
rer oder irin pharrer oder ander iren obri-
sten in guten trewn wo ich sew er var
oder yetzund ways fürbar oder nachdun-
chken in aller werlt / Auch will ich mich
stellen zü der püss pei der pein des
fewrs wo hin und wann man mich rüefft
und will püesse empfahen haymleich und
offenleich was man nach genaden auf-
setzt und wil die gäntzlich volfüren
und nicht ze rugk werffen an urlaub mei-
ner öbristen die des gewalt haben / Auch
verpind ich mich und verurtail mich mit
meinen mund zü der peyn des fewrs
und zu aller andrer pein die in den hei-
ligen recht geschriben ist / ob ich wider
in vall in disen unglauben und verdamp-
tew chetzerei oder in ain andrew mit
was namen si genant ist und hernach
genant möcht werden Auch so soll mich
mein püezz nicht helffen ist das ich über-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 441.

„bunden wird das ich in meinerver,
„hörung nicht hiet gesagt die lautter
warhait / auch gelob ich mit meinem
aid das ich mich an nyemand rechen
will mit worten noch mit werchen noch
mit chainerlay weys mit mir selber oder
mit andern leüten von diser sach we,
„gen / Damit so verswer ich der Irr,
„tumb der Waldenſer chertzer die ſich
nennen die chunden mit allen irn
ungelauben stuken und artikeln
gunst und gemainschaft und allen an,
„deren ungelauben mit was namen er
yetzund genant iſt / und in zuchünff,
„tigen zeiten genant möcht werden
und gelob mit chrafft meins gegenbür,
„tigen aydas das ich fürbas mer in al,
„lem meinem leben halden will gantz
und unzebrochen den ainen und heili,
„gen christengelauben, dyen dy heilig
römisch chirch offenbetleich chundet
predigt gelaubt lert und halt also mir
got helf und ſein heiligen marter
und ſein ewangeli das ich hewt mit mei,
„ner hant leiblich berür und also mir
got genedig ſey nu und an meinen le,
„sten zeiten Amen."

Juramentum sequitur absolutionis
forma, et fusa dogmatum Waldenſium
confutatio, quibus finitis legitur Petri
inquisitoris relatio de ſtatu et doctrina
Waldensium, quam fortaſſis vel ducibus
Austriae /: Wilhelmo, et Alberto tum ſi,
„mul regnantibus:/ vel Episcopo Paſſavi,
„ensi dedit. Incipit in haec verba:

Petri relatio de Waldenſib*9*.

" „Ego frater Petrus provincialis ordinis fra,
" „trum celeſtinorum per alamaniam &c in,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 442.

"quiſitor heretice pravitatis notavi quod iſti
errores ſunt hereticorum de ſecta Waldenſium
que in terra dominacionis illustrium principum
dominorum ducum austrie pluribus quam cen-
tum quinquaginta annis duraverit et iſtis
temporibus ſcilicet anno domini M°cccLXX
XX V° contumaciter inceperit cum violenciis
incendiorum et terroribus homicidiorum non tam
occulte dilatari quam contemptibiliter et teme-
rarie dominari maxime post obitum dolendiſ-
ſimum Sereniſſimi principis et domini domini
Alberti nuperrime defuncti proh dolor defunc-
ti ducis austrie prelibate. Et timendum
nimis eſt ſectam illam nimium dilatari, plu-
rimosque Katholicos utriusque ſexus ab ortodo-
xa fide abduci et ab hereticorum veneno leta-
liter infici nisi eis obstitum fuerit ex acie Xti-
ana. Habent heretici Waldenſes predicti
ſuos confeſſores puros laicos heresiarchas."
Item &c." Hic per ordinem doctrinam
et dogmata Waldenſium enarrat, et subjungit:
"Attendant igitur et cordibus percipiant sanc-
tiſſimus in Xto pater dominus noster dominus
papa. Cardinales archiepiscopi episcopi Ab-
bates prepositi et alii quilibet ecclesiarum
prelati doctores et magistri Invictiſſimi
domini domini reges Katholici principes et
maxime ducatus austrie in quorum domina-
tionis terra conantur hodie heretice /i/
cum violencia dominari. Nam nuper in
nocte vigiliarum natalis beate virginis geni-
tricis dei Marie combuſſerunt horreum domi-
ni plebani in Styra eo quod in domo sua col-
ligit fovet et nutrit inquisitorem heretice
pravitatis cum sua familia. Et ad portas ci-
vitatis vel opidi Styre affixerunt lignum ad-
ustum vel cedam cum cultello ligneo cru-
centato volentes taliter suam heresim defen-
sare. Quapropter attendant et dolenter cor-
de percipiant omnes Katholici instent labo-
rent aſſidue ut omnes heretici nequam inter-

" „cendiarii homicidiorum minatores captiven,
" „tur penitencientur et ad unitatem fidei Ka,
" „tholice revocentur!" His adduntur sequen,
„tia.

"Anno domini M CCCLXXXXVI com,
" bustus est dominus Johannes vicarius in
" Wolfarn cum omni familia sua ab hereti,
„cis de nocte cum dote sua.

"Item anno domini 1397 fuerunt captivi,
" „ti qui hant eciam combusserunt dotem in
" Wolfarn volentes comburisse dominum Jaco,
" „bum pro tunc vicarium cum sua familia
" sed per dei graciam evaserunt."

"Anno domini M.° CCC° LXXXXI.° die
" quarta mensis Septembris infra scripti re,
" „perti sunt rectores pro tunc secte Walden,
" „sium hereticorum. Primo Nycolaus de po,
" „lonia. Item Johannes de Polonia filius
" cujusdam rustici etc." quibus adnumeran,
„tur alii, eorumque vivendi, et magis,
„tros eligendi ratio, nec non doctrina, et
dogmata proponuntur.

Haec itaque haereticorum inquisitio facta est in Austria per Petrum Coele„stinorum Provincialem ad instantiam Alberti ducis Austriae aō 1395. De qua plura civitatem Styrensem tangentia ha„bet Prevenhuber in Annal. Styrens: p. 72.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 444.

2.

Sermones varii. 62b–91b

Sermones varii, a pluribus, uti videtur col-lecti, quorum catalogum texere et longum foret, et parum utile. Manus saepe variat; alii videntur in compendium redacti, nonnulli vero mutilati.

3

Tractatus de X praeceptis decalogi. 92a–103a

Tractatus de X praeceptis decalogi. Incipit: " Ascende ad me in montem, et esto ibi etc. In verbis istis notatur quid a quo cui quomodo ubi quare sit datum."

4

Tractatus de septem Sacramentis. 103a–106b

Tractatus brevis de septem Sacramentis. Incipit: " Septem sacramenta ecclesiastica que deus contulit ecclesie in via firmiter credenda sunt." Id in eo singulare, quod matrimonium ordinem praecedit.

5.

Tractatus de utilitate missae. 106b–108b

Brevis Tractatus de utilitate missae. Incipit: " De Missa nota quod inter omnia".

6

Sermones varii. 108b–122b

Sermones varii, videlicet: de confessione, et poenitentia, de peccatis alienis, de matrimonio, de vigilantia, et de defunctis.

	7
De Xto Messia contra judaeos. 122b–127b	De Xto Messia contra Judaeos. Incipit: "Vos inquam convenio o judei qui usque in hodiernum diem negastis filium dei." Videtur esse fragmentum fusioris operis, et ab initio mutilum.
	8
S. Anselmi Elucidarius. 128a–155b	S. Anselmi Elucidarius. Manus aliena fronti adscripsit: "Incipit prologus Anshelmi in elucidarium." Prologi initium est: "Sepius rogatus a discipulis questiunculas elucidare"; operis ipsius autem: "Gloriose magister rogo ad inquisita mihi ne pigriteris respondere." Est idem opusculum, de quo jam in Codice LXXIII. diximus, S. Anselmo perperam adscribi. Vide ibidem plura.
	9
Sermones de festis Domini. 156a–167b	Sermones de festis Domini, quorum priores ex Scriptis SS. Patrum videntur collecti. Primus, qui est de nativitate Domini incipit: "Leticia quanta sit quantusque concursus."
	10
Expositio Evangelii: Missus est Angelus Gabriel. 168a–174a	Expositio Evangelii: "Missus est Angelus Gabriel" &c. Finitis evangelii verbis incipit: "Si quis hoc ewangelium devote audierit."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 446.

11

Expositio dominicæ passionis.
175a–179b

Expositio dominicæ passionis, quæ incipit: "Egressus Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron ubi erat ortus. Hystoriam passionis dominicæ que est peccati ablutiva etc."

12

Nicol: de Lyra Tractatus de Messia contra judæos.
180a–199a

Nicolai de Lyra Tractatus de Messia contra judæos, qui incipit: 'Queritur utrum ex scripturis receptis a judeis'. Idem opusculum, quod recensuimus in Cod. XLIX. n. 35.

13

Comentarius in Cantic: Magnificat.
200a–207b

Commentarius in Canticum Magnificat. Absque titulo incipit: "Magnificat anima mea dominum Luc 1. Beatissima virgo Maria in verbis istis facit mencionem de tribus etc."

14

Comentarius in orationem dominicam.
207b–212b

Commentarius in orationem dominicam. Incipit: "Pater noster etc. deus dicitur pater unus ut excludatur omnis alius creator."

15

Quæstiones theologicæ, et juridicæ.
214a–234b

Agmen denique in præsenti codice claudunt Quæstiones variæ theologicæ, et juridicæ.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 188

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27525

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)